



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die duodecima Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

a Credibile est eundem locum designari. Nam Variè scribitur nomen huius loci, quondam pagi, qui adhuc hodie vocatur Oudtbrussel, habens ecclesiam parochialem sub inuocatione sancti Egidij, proximam portæ oppidi in eo pago quondam edificati; cui nomen die Stadt van Brussel. quæ est vera eius orthographia. Nomen portæ est die Oudt-Brusselsche port.

## Die duodecima Martij.

### Dionysij Carthusiani memoria.

Ex Theodorico Stratenſi.

**I**N festo die sancti Gregorij pontificis, anno millesimo quadiagesimo septuagesimo primo, obiit Dionysius de Leew, natus in Richel, vico Hasbania, qui eruditione, sanctitate, & reuelationibus claruit in Carthusia Ruremundensi. Cuius vitam scripsit Theodicus Loer à Colonia 1586 ad Ioannem Houghton, martyrem Londinensem. 1532.

## Die decima sexta Martij.

### 1<sup>o</sup>. De sancta Eusebia, virg. Hamaticensi.

Ex libris de Vita Rictrudis, & prolium. Qui sunt Marcianis.

**M**Arcianis, depositio sanctæ EUSEBIÆ virginis. Quæ secundum nominis sui interpretationem, bona Dei cultrix, præpotentes habuit parentes, nobilitate & sanctitate claros, Adalaldum & Rictrudem: eamque ex sacro fonte suscepit Nanthildis Dagoberti regis vxor: quæ etiam regali munificentia contulit villam Verniacum, & vinum quod ad vsus Marcianensium inde adducitur. Qua de causa anniuersarium

G                      Dagoberti